

DE VENERABILI  
EUCCHARISTIÆ  
SACRAMENTO  
DECISIONES  
THEOLOGICO-LEGALES,  
IN QUIBUS

Non solum præcipuæ Quæstiones, ex utraque Theologia Scholastica, & Morali selectæ circa Materiam, Formam, Accidentia, ac Effectus SS. EUCCHARISTIÆ tractantur; sed etiam ejusdem Sacri Ritus antiqui, & moderni circa locum, tempus, & dispositionem Ministrantium, atque Sumentium exponuntur;

Plurimæque Controversiæ Dogmaticæ, Canonicae, Forenses, Medicæ, & Historiales, hoc Divinum SACRAMENTUM concernentes, explanantur.

*Triplici Indice Argumentorum, Controversiarum, & Rerum ornata;*

Ex Responsis Cleri Patavini Anno 1689. collectæ.

LIBER SECUNDUS.

INDEX

A U C T O R I S  
AD VEN. PATAVINUM CLERUM,  
aliosque eruditos Lectores  
P A R Æ N E S I S.

**S**tudium meum erga studia vestra non pauci lamentantur infirmatum, vel extinctum esse, ob retardatas has Decisiones de Venerabili EUCHARISTIÆ Sacramento; quas tota hæc Patavina Dioecesis, pluresque alia virtutis amula præstolantur: Et jure quidem; nam lustrum evolavit sub silentio, quamvis triplici de causa; nimio scilicet pondere, quo in Vicarii Generalis munere premebar; longævis disputationibus ad firmandam concordiam inter utramque Mensam Episcopalem, & Capitularem habitis, quibus sui distractus, & corporis infirmitatibus, quæ subsequuta sunt; & earundem Decisionum extensionem præpedivere. Nunc in lucem prodeunt, Altarium instar, quæ à Vobis pro sacrata Hostia expositione adornantur, videlicet solemnî apparatu, ac multiplici candelaborum ordine; hoc est Questionum Theologicarum, atque Canonicarum, materiam, formam, ministros, ac effectus Sanctissimæ EUCHARISTIÆ concernentium: pluribus luminibus, atque lampadibus, antiquitatis Ritus circa Divinum hoc Sacramentum elucidantibus; Angelorum simulacris, munditiem tum ministrantium, tum suscipientium illud innuentibus: Florum pretiosis vasculis, amcenos casus, non fictos, sed factos, ad hunc eundem tractatum attinentes, decidentibus: Chymis suffutibus, suavisque odoramentis; exemplis nempe Sanctorum, qui amore sacra Synaxis exarserunt: tandem tapetibus, auleis, ac sacris Imaginibus; doctrinis scilicet variis ad utrumque forum spectantibus, & Jurisprudendum, Philosophorum, Medicorumque fontibus hausitis, quibus Prælati, Animarum Rectores, Confessarii, ac alii prælectores erudiuntur in his, quæ circa Liturgiam, divinaque Mystera eos decet agnoscere. Laborem meum, aut verius labores vestros grato animo, juxta solitum, non diffideo Vos suscepturos: præsertim ob non vulgares Controversias, non pauca Decreta Apostolica, & frequentes Historias sacras in hoc opere insertas; quibus & vestros intellectus instruere legendo, & plebes vestras edocere, Doctrinam Christianam iisdem explanando, facile poteritis. Vestra me benignitas foveat; orationes, ac Sacrificia adjuvent; ut subsequenter de Sacrificio Missæ tractatum inceptum, quantocyus perficere; & ad communem consolationem, studiosorumque profectum, typis mandare valeam. Interim in præsentî compilatione si quid inculturn, si quid erratum reperitis, comiter excusate, corrigite, ac valete.

DE VENERABILI  
EUCHARISTIÆ  
SACRAMENTO  
DECISIONES  
THEOLOGICAE  
IN QVIBUS  
Non solum præcipua Quæstiones, ex utraque Theologia Scholastica, & Morali  
tractantur, sed etiam eruditè, ac Ritus antiqui, & moderni circa locum  
concernentes, & disputationes Theologicas, atque Sacramentum exponuntur.  
Plurimæque controversiæ Dogmaticæ, Canonice, & Morales, & Historice, hoc Divinum SACRAMENTUM  
concernentes, explicantur.  
Triplex hæc Argumentorum, Controversiarum, & Rerum ornata;  
Ex Responsis Cleri Patavini Anno 1688 collecta.  
LIBER SECUNDUS.

# INDEXA ARGUMENTORUM DECISIONUM.

## DECISIONIS I.

Ad Januarii Quæsitum primum.

### ARGUMENTUM.

Agitur de Etymologia vocabuli EUCCHARISTIÆ, & exponitur hæc vox Etymologia. Notatur secundum Juristas differentia inter Etymologiam, Allusionem, Derivationem, & Descriptionem Vocabuli. Docetur, an valeat argumentum ab his vocibus deductum. pag. 1

## DECISIONIS II.

Ad Januarii Quæsitum secundum.

### ARGUMENTUM.

Declarantur nomina, quibus à SS. Patribus consuevit nuncupari Sanctissima EUCCHARISTIA, tum ut Sacrificium, videlicet, Missa, Hostia, Oblatio, Collecta, Dominicum, Agenda, Liturgia, Mystagogia, Latria, Anaphora, Dipnon, Telajon, & Telete. Tum ut Sacramentum, hoc est, Mysterium, Corpus, & Sanguis Christi, Communio, Synaxis, Corban, Eulogia, Reliquia, Confirmatio, & Viaticum. 2

## DECISIONIS III.

Ad Januarii primum Casum.

### ARGUMENTUM.

Pro resolutione Casus: *An Parochus non jejunius possit celebrare, & consecrare pro communicando moribundo?* Ostenditur, quod in initio Ecclesiæ & successivis temporibus, non nisi jejuni Sacerdotes celebrabant, & fideles pariter jejuni communicabant; quamvis Missæ essent Vespertinæ, vel nocturnæ. Abusum celebrandi, vel communicandi absque jejuniis, semper ab Ecclesia damnatum, vel repressum: exceptis novem casibus, qui hic exponuntur. Inter hos definitur, non intrare casum superscriptum Parochi non jejuni, imò eundem Parochum esse puniendum ab Episcopo, comprobatur vel suspensione à Divinis, vel Carcere, aut alia poena arbitraria. 2

## DECISIONIS IV.

Ad Januarii secundum Casum.

### ARGUMENTUM.

Sacerdotem mortali culpa detentum, qui pluribus personis EUCCHARISTIAM ministrat, mortaliter peccare ostenditur, ratione, auctoritate Doctorum, & indignatione Divina in Ozam, cujus percussiones plures, & elegantes causæ referuntur. Deterrantur Sacerdotes in peccato EUCCHARISTIAM ministrantes revelatione Sanctæ Birgittæ, & aliis exemplis, ex optimis Auctoribus hic relatis. pag. 5

## DECISIONIS V.

Ad Januarii Casum Prudentialem.

### ARGUMENTUM.

Recensentur rationes ad suadendas Moniales, ut frequenter Sacram EUCCHARISTIAM fumant. Illæ, quæ ob nimium timorem abstinent, motivis decem, & octo confortantur. Illæ autem, quæ ob indevotionem, & tepidam vitam raro communicant, alijs tredecim arguuntur. 6

## DECISIONIS VI.

Ad Februarii Quæsitum primum.

### ARGUMENTUM.

Traditur definitio Sacramenti EUCCHARISTIÆ; circa quam tria referuntur. *Unum* Theologicè, an essentia hujus Sacramenti consistat in Corpore Christi? *An* in speciebus consecratis? *An* in his, & illo simul? *Alterum*, Historicè, quo referuntur sexdecim errores, ex tot hæresiarum prodiiti contra hoc Venerabile Sacramentum, ab initio Ecclesiæ usque ad præsens. *Tertium* Methodicè, quo exarantur argumenta concludentia probantia, veram, & realem præsentiam Christi Domini in EUCCHARISTIA. 9

DE.

## Index Argumentorum Decisionum.

### DECISIONIS VII.

Ad Februarii Quæsitum secundum.

#### ARGUMENTUM.

Continet undecim non inelegantes differentias inter hoc, & alia sex Sacramenta Ecclesiæ, quarum ultima est, EUCCHARISTIAM nutrire etiam corpora devotè communicantium; idque pluribus exemplis comprobatur. pag. 12

### DECISIONIS VIII.

Ad Februarii primum Casum.

#### ARGUMENTUM.

Disputatur, an Vir Nobilis habens domi suæ Oratorium privatum ex Indulto Pontificio, possit in eo bis, tervè in hebdomada communicari? Ex hac occasione plenè explicatur, quæ sint Oratoria publica, & quæ privata? Docentur utrorumque conditiones, & prærogativæ? Ostenditur, posse Episcopum ob gravem causam concedere, ut aliquando celebretur Missa extra Ecclesiam exemplo Gauslini Episcopi Patavini anno 980. in Villa Pulverariæ, ubi miraculosè fuit repertum corpus Sancti Fidentii Paduani Antifitis. Probat, Oratoria Palatiorum Cardinalium esse publica; necnon illa Episcoporum; & horum septem Privilegia à Jure concessa, recensentur. Examinatur, an Regulares possint celebrare in Oratoriis privatis? Et veritas ex optimis Auctoribus hauritur. Tandem enucleantur singulæ Clausulæ Litterarum Apollolicarum, quibus conceditur Personis Nobilibus Oratorium privatum; pro resolutione plurium dubiorum in praxi occurrentium. Deinde proposito casui de communicando Patrono in Oratorio privato respondetur. 13

### DECISIONIS IX.

Ad Februarii secundum Casum.

#### ARGUMENTUM.

Discutitur, an Matrona jejuna, possit hora Vesperarum ex devotione communicari. Ostenditur, olim fuisse plures species Communio- nis in Ecclesia: & declaratur, quæ, & qualis sit Communio Papalis, Episcopalis, Sacerdotalis, Diaconalis, Subdiaconalis, & aliorum Clericorum. Traditur quænam esset Communio laicalis. Quæ Imperatorum, & Regum. Quænam Puerorum, ac Peregrinorum; necnon Infirmorum, & Mortuorum. Inquiritur, quid essent Agapes Natalitiæ, & Funerales. Super prædictis omnibus, quidquid ex antiquis, & eruditissimis Scriptoribus haberi potest, pulchrè, ac compendiosè recensetur: & tandem resolvitur, Matronam prædictam posse communicari. 22

### DECISIONIS X.

Ad Februarii Casum Prudentialem.

#### ARGUMENTUM.

Agitur de quotidiana Communione; & examinatur, Quomodo, Quando, & cum Quibus personis sit licita. Quid esset in usu ab initio Ecclesiæ. Quid medio tempore aperitur. Religiosorum Ordinum institutiones; eorumdemque Fundatorum nomina, ac tempora; qui promoverunt frequentiam Eucharisticæ Communionis, referuntur. Contrariæ Theologorum Opiniones circa frequentiam Communionis conciliantur. Decretum Sacræ Congregationis Concilii diei 12. Februarii 1679. circa quotidianam Communionem laicorum ponitur, & perpenditur. pag. 25

### DECISIONIS XI.

Ad Martii Quæsitum primum.

#### ARGUMENTUM.

Quæritur, quæ sit materia EUCCHARISTIÆ pro consecratione Corporis CHRISTI. Ostenditur, esse Panem Azymum in Ecclesia Latina. Fermentatum in Ecclesia Græca. Ne ignoretur ratio, & causa diversitatis, probatur; in utraque Ecclesia consecratum semper fuisse Panem azymum usque ad Annum MLIII. quo tempore Michael Cerularius Patriarcha Constantinopolitanus cepit consecrare in Pane fermentato. Breviter, sed concludenter discutitur acerrima hæc Controversia de fermentato, & azymo Pane. Mendum detegitur asserentium CHRISTUM Dominum non instituisse EUCCHARISTIAM luna decimaquarta mensis Martii, neque paschum, & Crucifixum luna decimaquinta. Veritas aperitur, & firmatur. Orientalium argumenta evacuantur; & Ecclesiam Latinam jugiter in Azymo consecrasse perhibetur: idque SS. Evangelistarum, Patrum, Conciliorum, Historiarumque testimoniis stabilitur. 28

### DECISIONIS XII.

Ad Martii Quæsitum secundum.

#### ARGUMENTUM.

Agitur de materia consecrationis Sanguinis Domini. Exponitur, quæ sit materia dubia, quæ inepta, quæ certa. Colliguntur figuræ ex Testamento veteri circa vinum convertendum in Sanguinem Domini. Proponitur, & examinatur solemnissimum Quæsitum, An Aqua posita in Calice transeat in naturam Vini. Id firmatur rationibus Philosophicis, & Theologicis, relatis prius Controversiarum variis opinionibus. 36

\* 3

DE.

Index Argumentorum Decisionum.

DECISIONIS XIII.

Ad Martii primum Casum.

ARGUMENTUM.

Proponit, an celebrata prima Missa in nocte Natalis Domini, licitum sit profequi celebrationem aliarum duarum Missarum, & communicare populum ante Auroram. Explicatur, in primitiva Ecclesia fuisse in usu Missas diurnas, & vespertinas. Item plures dies Polylyurgicos; in quibus ab uno Sacerdote plures Missae celebrabantur. Mysteria triplicis Missae in Nativitate Domini exponuntur. Tandem ad casum propositum datur negativum responsum ex rationibus à Jure Canonico desumptis, & ex Decretis Sac. Rituum Congregationis 20. Aprilis, & 7. Decembris 1641. pag. 40

DECISIONIS XIV.

Ad Martii secundum Casum.

ARGUMENTUM.

Quæritur, an liceat communicare cum speciebus Vini consecrati moribundum, non valentem deglutire sacram Hostiam. Ostenditur, in primitiva Ecclesia fuisse in usu communicare fideles sub utraque specie. Agitur de qualitate Calicis, qui adhibebantur in Missa, & pro Communionem populi. Exponuntur industria Ecclesiasticorum veterum, neessunderetur Sanguis Domini in communicandis laicis. Refertur, quomodo Communio Calicis in desuetudinem ierit; & quomodo fuerit prohibita laicis ab Ecclesia. Et his negativè responderetur Casui proposito. 44

DECISIONIS XV.

Ad Martii Casum Prudentialem.

ARGUMENTUM.

Examinatur, an aliqua personæ devotæ sint communicandæ in die Sabbati sancti post Missam. Rationes pro, & contra referuntur. Plures traditiones dantur circa Missam Sabbati sancti, quæ olim de nocte celebrabatur. Resolvitur casus sub distinctione. 47

DECISIONIS XVI.

Ad Aprilis Quæsitum primum.

ARGUMENTUM.

Proponuntur quatuor controversiæ circa formam Consecrationis Corporis Christi, *Hoc est Corpus meum*. Una ex Theologis volentibus, eam incipere debere à Verbis: *Qui pridie, quam pateretur*. Altera ex Canonistis dicentibus, esse de forma etiam illa Verba: *Accipite & comedite*. Tertia ex Scripturistis, opinantibus, præter Verba, requiri etiam *Benedictionem*. Quarta ex Philosophis, secundum quos non videtur, posse for-

mam proferri à multis simul consecrantibus eandem materiam, ut sit in ordinatione Sacerdotum, & consecratione Episcopi. Referuntur plures eruditiones Ecclesiasticae. Resolvuntur objecta, & firmatur, formam prædictam consistere in iisdem quatuor Verbis, *Hoc est Corpus meum*. pag. 49

DECISIONIS XVII.

Ad Aprilis Quæsitum secundum.

ARGUMENTUM.

Agitur de forma Consecrationis Calicis. Plures Calices solitos fuisse apponere Judæos celebrantes Pascha azymorum ostenditur, atque eorum caremonia referuntur. Notantur variae opiniones Theologorum circa formam consecrationis Sanguinis; & firmatur, eam consistere in illis Verbis: *Hic est Calix Sanguinis mei*. Vel: *Hic est Sanguis meus*. Redditur ratio, quare dicatur, *Hic est Calix*? Et quare apposita sint reliqua verba consecrationis, ut in Canone Missalis. 53

DECISIONIS XVIII.

Ad Aprilis primum Casum.

ARGUMENTUM.

Disputatur, an Confessarius Monialium possit ingredi Clausuram pro frequenti Communionem Monialis laborantis febre non mortali. Declaratur, quid sit Clausura Monasteriorum tum materialis, tum formalis. Agitur de ejusdem antiquitate, & ultima rigorosa firmitate. Discutitur, quando liceat Monialibus egredi de Clausura. Quando Viris eam ingredi. Quando accedere ad colloquendum cum Monialibus. Quæ poenæ sint statuta contra transgressores in iisdem Casibus; Præcipue contra Regulares. Et resolvitur casus propositus affirmativè. 54

DECISIONIS XIX.

Ad Aprilis secundum Casum.

ARGUMENTUM.

Inquiri, intra quot dierum spatium possit Infirmus in periculo mortis iterum communicari per Viaticum; idest non jejunus. Agitur de obligatione communicandi in articulo mortis. Et resolvitur prædictum Infirmum, etsi non jejunum, posse communicari etiam quotidie. 60

DECISIONIS XX.

Ad Aprilis Casum Prudentialem.

ARGUMENTUM.

Quærit, & decedit, an melius sit communicare fideles adstantes Missæ, ea completa, an statim post Communionem Sacerdotis. 62

D E.

Index Argumentorum Decisionum.

DECISIONIS XXI.

Ad Maji primum Quæsitum.

ARGUMENTUM.

Declarat, quid sit Transsubstantiatio, quæ sit in consecratione EUCHARISTIÆ. Docetur, esse necessaria quatuor requisita pro conversione unius substantiæ in alteram. Eaque Philosophicis, & Theologicis terminis explicantur. pag. 63

DECISIONIS XXII.

Ad Maji secundum Quæsitum.

ARGUMENTUM.

Quærit, & resolvit, an in EUCHARISTIA simul cum Christo sit Pater, Verbum, & Spiritus sanctus. 64

DECISIONIS XXIII.

Ad Maji primum Casum.

ARGUMENTUM.

Continet, an Parochus teneatur communicare vulneratum vulnere mortali, qui pridè communicatus fuerat. Item alium, qui eodem manè sacram Communionem receperat. Referuntur contrariæ DD. opiniones, & conciliantur. 65

DECISIONIS XXIV.

Ad Maji secundum Casum.

ARGUMENTUM.

Examinat an licitè, quis recipiat Communionem Paschalem in Ecclesia Regularium, Parochus invito. Agitur de Præcepto Communionis Paschalis, & de Privilegiis Regularium circa administrationem Sacramentorum. Resolvitur Casus negativè. 66

DECISIONIS XXV.

Ad Maji Casum Prudentialem.

ARGUMENTUM.

Investigat, quanto tempore conveniat differre sumptionem cibi corporalis post sumptam EUCHARISTIAM. Explicatur varietas Horarum pro officii Divinis apud antiquos. Ponderatur, quamdiu species Sacramentalis durent in stomacho ex Medicorum opinione, ac Theologorum. 68

DECISIONIS XXVI.

Ad Junii Quæsitum primum.

ARGUMENTUM.

Scrutatur, an Christus in EUCHARISTIA possit ab intellectu creato cognosci. Quid de Animabus beatis. Quid de Angelis. Quid de Dæmonibus. Quid de Animabus Purgatorii. Et referuntur Exempla notabilia, & non injuncta. 70

D E.

DECISIONIS XXVII.

Ad Junii Quæsitum secundum.

ARGUMENTUM.

Ponit, ut Christus in EUCHARISTIA possit videri ab oculo corporeo. Referuntur dissidentium Theologorum opiniones, ac plurimum apparitionum testimonia. Quæsitum ipsum quinque conclusionibus declaratur; ac resolvitur, quid faciendum de Hostia conversa in carne visibili. pag. 71

DECISIONIS XXVIII.

Ad Junii primum Casum.

ARGUMENTUM.

Examinatur, an sit Communicandus Concubinarius, qui profitetur, non amplius tangere Concubinam, sed pro gubernio domus eam tenere. Exponitur hoc nomen Concubina; declarando, quid Jus Canonicum antiquum, quid Jus Civile, quid Ecclesia hoc tempore intelligat pro Concubina. An Polygamia esset licita apud Gentiles, & apud Judæos. Casus propositus negativè resolvitur pluribus rationibus. 72

DECISIONIS XXIX.

Ad Junii secundum Casum.

ARGUMENTUM.

Suscipitur, an Sacerdos, qui commodè celebrare non potest, seipsum possit communicare ex devotione. 76

DECISIONIS XXX.

Ad Junii Casum Prudentialem.

ARGUMENTUM.

Ostenditur, An Sacerdos communicandus extra Missam debeat habere Stolam. Declaratur, quid essent Stolæ apud Hebræos, & apud Romanos. Quid sint apud Venetos, & apud Ecclesiasticos. Agitur de Stolis, quas portant Parochi Patavini collegialiter incedentes; in signum quod olim erant, & adhuc sunt de gremio Ecclesiæ Cathedralis. Quare iidem Parochi non præcedant Capellanos ejusdem Cathedralis in Processionibus. Ostenduntur prærogativæ, quas habet Parochus ob Stolum in functionibus Parochialibus; & præcipue in funeribus, & equis defunctorum. Tandem deceditur, an omnes Ecclesiastici teneantur de Præcepto, feria Quinta in Cœna Domini, communicare. 77

DECISIONIS XXXI.

Ad Julii Quæsitum primum.

ARGUMENTUM.

Indagatur, quomodo in EUCHARISTIA acciden-

\* 4

## Index Argumentorum Decisionum.

dentia remaneant sine subiecto. Adducuntur rationes Theologicae; & datur similitudo Fulminis destruentis gladium, remanente intacta vagina; evacuantis vinum, intacto subsistente dolio; & absorbentis substantiam Ovi, sine offensione putaminis. Additur exemplum testi Ecclesiae Sanctae Mariae in Vallicella de Urbe, suspensi in aere tempore Sancti Philippi Neri. pag. 81

### DECISIONIS XXXII.

Ad Junii Quæsitum secundum.

#### ARGUMENTUM.

Inquiritur, an in Calice consecrato remaneat Sacramentum, si in eo alius liquor misceatur. Theodorus Papa iniecit Sanguinem consecratum in atramentarium, ut scriberet sententiam excommunicationis contra Pyrrhum Patriarcham hæreticum. Doctrina Sancti Thomae de decisione Eucharistiæ ob mixtionem alterius liquoris. Quæstio resolvitur per distinctionem quinque casuum. 83

### DECISIONIS XXXIII.

Ad Julii primum Casum.

#### ARGUMENTUM.

Edisserit, An liceat Sacerdoti celebranti, communicare laicum cum parte Hostiæ sui sacrificii. Referuntur non ignorandi Ritus antiqui circa Communionem laicorum. 84

### DECISIONIS XXXIV.

Ad Julii secundum Casum.

#### ARGUMENTUM.

Docetur, quod in Altari ponendum sit Ciborium pro asservanda Sanctissima EUCHARISTIA. Referuntur de hac re Canones, & Decreta dignissima scitu. 85

### DECISIONIS XXXV.

Ad Julii Casum Prudentialem.

#### ARGUMENTUM.

Agitur de instructione puerorum, qui noviter sunt admittendi ad Sacram Communionem. Tria demonstrantur, quæ sunt in usu apud Parochos Diocesis Patavinæ circa eandem instructionem. 86

### DECISIONIS XXXVI.

Ad Augusti Quæsitum primum.

#### ARGUMENTUM.

Declarat, Quis sit minister consecrationis EUCHARISTIÆ. Et docet, esse Hominem Christianum, Viatorem, caractere Sacerdotali insignitum. Hinc cessare facultatem consecrandi in Animabus Sacerdotum defunctorum, luculentis Historiis comprobatur. 88

### DECISIONIS XXXVII.

Ad Augusti Quæsitum secundum.

#### ARGUMENTUM.

Elucidantur duo: videlicet, Quæ requirantur in Sacerdote ad validam, & quæ, ad licitam EUCHARISTIÆ consecrationem. Pro primo tria requiri. Pro secundo, undecim demonstrantur non ignoranda à Sacerdotibus tum Sæcularibus, tum Regularibus. pag. 89

### DECISIONIS XXXVIII.

Ad Augusti primum Casum.

#### ARGUMENTUM.

Ostenditur obligatio Parochi, ut faciat arde- re jugiter lampadem coram Sanctissima EUCHARISTIA. Lampadum varia symbola explicantur apud Hebræos, apud Gentiles, & apud Christianos. Discutitur, ad quem de Jure spectet, manutene- re lampadem ardentem in Ecclesia. Quæ pena sit plectendus Parochus negligens circa lampadem. Refertur ex S. Petro Damiano tremenda pu- nitio. 90

### DECISIONIS XXXIX.

Ad Augusti secundum Casum.

#### ARGUMENTUM.

Quod proponitur est: An moriente Sacerdote ad Altare post consecratas species, pro quibus recondendis non est locus, neque alius Sacerdos haberi potest, qui Sacrificium compleat, & illas assumat; an inquam, Laicus devotus, & jejunus licite possit utrasque species consecratas propriis manibus fumere, & deglutire. 92

### DECISIONIS XL.

Ad Augusti Casum Prudentialem.

#### ARGUMENTUM.

Agitur de ætate, & capacitate per Parochum attendenda in pueris, & puellis noviter communicandis. 93

### DECISIONIS XLI.

Ad Septembris Quæsitum primum.

#### ARGUMENTUM.

Exponitur, Quæ, & Qualis intentio sit necessaria in Sacerdote Sacram EUCHARISTIAM consecrante. 95

### DECISIONIS XLII.

Ad Septembris Quæsitum secundum.

#### ARGUMENTUM.

Traduntur signa demonstrantia, Intentionem virtua- lem consecrandi EUCHARISTIAM esse in Sacerdote consecrante. 96

DE-

## Index Argumentorum Decisionum.

### DECISIONIS XLIII.

Ad Septembris primum Casum.

#### ARGUMENTUM.

Discutitur, an licite agat Clericus in minori- bus ordinibus constitutus, qui absentibus Sacerdotibus, ministrat Sacram Viaticum vulnerato mortaliter, postenti Sacramen- ta. pag. 97

### DECISIONIS XLIV.

Ad Septembris secundum Casum.

#### ARGUMENTUM.

Exploratur, an cadentibus in terram sacris particulis, dum Moniales communicantur, intra clausuram; possint colligi, & elevari à Monialibus, Vel debeat Confessarius ingredi Clausuram ad eas suscipiendas. 98

### DECISIONIS XLV.

Ad Septembris Casum Prudentialem.

#### ARGUMENTUM.

Examinatur, an bene faciat Parochus, qui Hostiam delatam in Processione; vel expositam publice Orationi, dividit in quatuor partes, eas reponendo in Pixide, distribuendas Lai- cis communicantibus. 100

### DECISIONIS XLVI.

Ad Octobris Quæsitum primum.

#### ARGUMENTUM.

Inquiritur, quinam sint effectus, quos operatur EUCHARISTIA in anima illius, qui devotè eam suscipit. Docetur esse quatuor: scilicet, Augmentum gratiæ, Unionem spiritua- lem cum Christo, Primam gratiam aliquando; & remissionem culparum venialium. 101

### DECISIONIS XLVII.

Ad Octobris Quæsitum secundum.

#### ARGUMENTUM.

Investigatur, quos effectus producat EUCHA- RISTIA in corpore illius, qui dignè eam sumit. Ostenditur, esse quatuor præcipuos: Re- frænationem motuum carnalium, Dulcedinem spiritua- lem, Nutrimentum vitæ præsen- tis, & Futuram Resurrectionem gloriosam cum dotibus Impassibilitatis, Agilitatis, Subtilitatis, & Claritatis; quæ omnia selectis Sanctorum exemplis confirmantur. 104

### DECISIONIS XLVIII.

Ad Octobris primum Casum.

#### ARGUMENTUM.

Disputatur, an qui communicat tempore Pa- schali, in Ecclesia Cathedrali, & non in propria Parochia, satisfaciatur Præcepto *Can. Omnis Utriusque sexus. De Pœnitent. & Remiss.* Proponuntur argumenta pro affirmativa opinione. Deinde pro negativa, quæ amplectitur in resolutione casus, evacuatis argu- mentis contrariis, & relatis non ineleganti- bus eruditionibus circa Cathedralem Patavi- nam, & Congregationem Parochorum ejus- dem Civitatis. pag. 108

### DECISIONIS XLIX.

Ad Octobris secundum Casum.

#### ARGUMENTUM.

In Trutina ponitur, An peccet mortaliter Mo- nialis, quæ Communionem Sacram semel tantum in anno suscipit; examinatur Regu- la Sancti Benedicti, & declaratur, quid esset *Mixtum*, quod Lector Hebdomadarius sumebat *propter sanctam Communionem*. Re- feruntur Constitutiones Urbanae pro Mino- ribus Conventualibus, ac Statuta Tertii Or- dinis Sancti Francisci. Explicatur *Clem. Ne in agro. De statu Monachor.* Adducitur Con- cil. Trident. *sess. 25. cap. 10. de Regular.* & plurimæ Synodales Constitutiones circa Communionem Monialium. Rationes pro utraque opinione ponderantur, & resolvitur, abstinentiam Monialis à Sacra Commu- nione per plures menses esse à culpa gravi inex- cusabilem. III

### DECISIONIS L.

Ad Octobris Casum Prudentialem.

#### ARGUMENTUM.

Petit, Utrum ad faciendam experientiam, an Mulier patiens exstases, & mira lo- quens, communiter credita Energumena, verè sit talis vel potius Lunatica, Epylep- tica, Saga, Maga, aut Pythonissa, sici- tum sit, eam petentem Eucharisticam Com- munionem fallere, porrigendo illi Hostiam non consecratam. Declaratur, qui sint Ener- gumeni, Lyncathropi, Lunatici, Epyleptici, Magi, Saga, Pythones, & quibus signis prædicti cognoscantur. Exponuntur causæ, quibus Deus permittit in hac vita, homi- nes à Dæmonibus vexari. Et an dentur re- media naturalia ad fugandos Dæmones. Referuntur opiniones Doctorum circa reso- lutionem casus. Narratur factum mirabile Sancti

\* 5

## Index Argumentorum Decisionum.

Sancti Philippi Neri, ex consilio insignium Virorum pro experimento spiritus Veneranda Virginis Ursulae Benincasæ Anno 1582. tempore Gregorii Papæ XIII. pag. 115

### DECISIONIS LI.

Ad Mensis Novembr. primum Quæsitum.

#### ARGUMENTUM.

Quæritur, quæ necessaria sint ad licitam EUCHARISTIAE perceptionem, & docetur, quatuor requiri in suscipiente; Fidem, Voluntatem suscipiendi, Statum gratiæ, non ex sola contritione, sed præmissa Sacramentali confessione, exceptis tribus casibus hic notatis, & Devotionem. Quæ omnia juxta sacrorum Theologorum doctrinam roborantur. 121

### DECISIONIS LII.

Ad Mensis Novembr. Quæsitum secundum.

#### ARGUMENTUM.

Statuuntur dispositiones ex parte Corporis necessariae ad licitè sumendum Sacram EUCHARISTIAM. Quatuor eas esse demonstratur. Naturale jejunium, Modestiam vestimentorum, Facultatem deglutiendi, retinendique Sacramentum in stomacho; Et abstinentiam à copula conjugali. Tres primæ Doctorum auctoritate, & Exemplis firmantur. Remissa quarta dispositione ad Decisionem sequentem. 123

### DECISIONIS LIII.

Ad Novembris primum Casum.

#### ARGUMENTUM.

Elucidatur, quantam abstinentiam habere debeant à conjugali copula uxorati, recepturi Sacram EUCHARISTIAM. Sacri Canones de hac re allegantur, ac plures rationes, & quatuor conclusionibus Casus resolvitur. Subindè duo corollaria ponuntur: Unum de castitate conjugali primitivorum Christianorum. Alterum de pernicie immoderate Veneris in conjugatis juxta Medicorum observationes. 124

### DECISIONIS LIV.

Ad Novembris secundum Casum.

#### ARGUMENTUM.

Disputatur, An sumptio Tabachi ante Missam, vel ante Communionem, frangat jejunium naturale, & reddat suscipientem

inhabilem ad celebrandum, seu communicandum. Agitur de proprietatibus Tabachi; & de essentia jejunii naturalis, seu Eucharistici. Referuntur historiae de Indis, & militibus viventibus solo Tabacho, absque alio cibo. Examinantur rationes pro utraque opinione circa fractionem jejunii naturalis; & adducuntur Concilia, atque Decreta Summorum Pontificum, prohibentia sumptionem Tabachi. Distinguuntur tres modi sumendi Tabachum; & deciditur casus auctoritatibus, & rationibus, non solum Theologicis, sed Philologicis, ac Medicis. pag. 126

### DECISIONIS LV.

Ad Novembris Casum Prudentialem.

#### ARGUMENTUM.

Exarantur omnes morbi, ac infirmitates, impediens administrationem Sacrae Eucharistiae, seu Viatici, ne irreverentia committatur in Venerabile Sacramentum. Hi morbi ad quatuor capita reducuntur. Ad defectum *usus rationis*; ut in delirio, phrænesi, & dementia. Ad defectum *respirationis*, ut in affectibus anginosis, vulgo *di Schieranzia*: Ad defectum deglutiendi, ob convulsionem, vel paralysem *Œsophagi*, vulgo *il Canaruzzo*; seu ob molestissimam tussim. Et ad *stomachi agrotationem*, ratione vomitus, singultus, volvuli, empyematis, vulgo *postema*, nausæ, bilis, flatus, & lynceritæ. Quæ omnia juxta regulas Medicinæ, & monita Medicorum sapientum, breviter, atque eleganter recensentur. 130

### DECISIONIS LVI.

Ad Decembris Quæsitum primum.

#### ARGUMENTUM.

Quæritur, quo tempore, & quo instanti temporis EUCHARISTIA gratiam conferat? Quatuor opiniones diversæ Theologorum recitantur. Et non inutilia monita communicantibus proponuntur. 132

### DECISIONIS LVII.

Ad Decembris Quæsitum secundum.

#### ARGUMENTUM.

Controvertitur, an Communio Eucharistica devotè sumpta proficiat ad satisfactionem poenarum, quas communicans solvere debet, vel in hac vita, vel in Purgatorio. Declaratur, quid sit Satisfactio. Quibus operibus fiat. Quid sit satisfacere ex opere operato, vel ex opere operantis.

## Index Argumentorum Decisionum.

rantis. Et resolvitur controversia cum distinctione. pag. 133

### DECISIONIS LVIII.

Ad Decembris Quæsitum tertium.

#### ARGUMENTUM.

Deciditur Quæstio, An Communio facta pro Animabus Purgatorii, iisdem proficit ad satisfactionem poenarum. Exponuntur tria notanda. Unum, quod Animæ torquentur in Purgatorio pro satisfactione suorum peccatorum. Alterum, quod juvantur à Viatoribus per Sacrificium Missæ, per Indulgentias, & opera satisfactoria iisdem applicata. Tertium: non solum si ipsa opera fantab existentibus in gratia secundum Thomistas: sed etiam secundum Scotistas à non existentibus in gratia. Concluditur, Communionem Eucharisticam esse satisfactoriam pro Animabus Purgatorii ex decem rationibus hic consideratis, necnon auctoritatibus, & exemplis. 134

### DECISIONIS LIX.

Ad Decembris primum Casum.

#### ARGUMENTUM.

Proponitur decidendum, quot peccata committat quidam ebrietas vitio deditus, qui die Paschatis post Sacram Communionem susceptam, vadit ad Tabernam, in qua inebriatus, deserit domum à bajulis, ubi Uxor, & filii pauperes prandium præstolantur. Explicatur, quid sit Ebrietas. Quale peccatum. Quæ poenæ à Jure statuta contra Ebriosos. Et resolvitur, ab Ebrio prædicto sex mortalia peccata commissa fuisse. 138

### DECISIONIS LX.

Ad Decembris secundum Casum.

#### ARGUMENTUM.

Examinatur, quæ licentia sit necessaria, pro exponenda Sacra EUCHARISTIA, causa publica Orationis 40. horarum. Item pro eadem extra Ecclesiam processionaliter deferenda. Ulterius in quibus Ecclesiis, & qua veneratione sit asserenda. Agitur de Solemnitate festivitatis Corporis Christi, &

de Processionibus in ejus Octava concessis. Referuntur Indulgentiæ à Summis Pontificibus concessæ, pro eadem Solemnitate; necnon Confratribus SS. Sacramenti. Tandem discutitur grave dubium, an Confratres, qui non sunt in gratia, sed præstant obsequia præscripta in honorem Venerabilis Sacramenti, lucentur aliquas ex prædictis Indulgentiis. pag. 140

### DECISIONIS LXI.

Ad Decembris Casum Prudentialem.

#### ARGUMENTUM.

Requiruntur industriæ, & cautelas servandas à Parochis, tempore Pestis, in administrandis Sacramentis, præsertim Sacra EUCHARISTIA. Ad ornatum hujus Casus declaratur, quid sit Pests, quid Epidemia. Qui morbi contagiosi. Quæ horum causæ, & remedia. Et circa Pestem, ac Contagium referuntur doctrinæ selectiores Medicorum, Canonistarum, atque Theologorum, & exponuntur obligationes Episcoporum, Prælatorum, Canonicorum, Parochorum, Sacerdotum Sæcularium, & Regularium, necnon Laicorum, tempore Pestis. Tandem deciditur, an eo tempore licitæ sint Processiones. 145

### DECISIONIS LXII.

Ad Decembris Casum additionalem.

#### ARGUMENTUM.

Disquiritur, Quomodo Anachoretæ, Eremitæ, alique homines solitarii, præsertim in vastissimis desertis, recipere Sacram Communionem, tum in vita, tum in morte. Declarantur varia genera Anachoretarum, & Inclusorum; necnon publicè Pœnitentium, Lauritarum, & Eremitarum, & eorum omnium plurima exempla dantur ex historiis sacris non sine magno labore collecta. Tandem resolvitur Quæstio sub triplici distinctione circa Communionem omnium prædictorum. Ponitur Epistola Illustri ac Reverendiss. Pompeii Sarnellii Episcopi Vigiliarum de eadem Quæstione. Et explicatur, Quomodo prædicti Solitarii, & Inclusi adimplebant præceptum de audienda Missa. 152